

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

**Prot. n. 146/70 CG**

**N**

***Iurium***

***Nullitatis matrimonii***

**(X – Y)**

Die 6 iunii 1970

In Congressu habito coram Em.mo Cardinali Praefecto, proposito recursu ab actrice in causa de qua supra interposito adversus decretum a S. R.Rota die 16 octobris 1969 latum, quo nempe denegabatur nova causae propositio, decretum est: Novam causae propositionem concedendam esse in casu.

Ioannes PINNA, *Secretarius*

Ioannes PIANTONE, *Notarius*

*Animadversiones Defensoris vinculi*

Perlectis actis atque sententia definitiva causa de qua supra;  
attento examini subiecto Decreto Turni rotalis diei 16 octobris 1969;  
considerato recursu partis actricis diei 10.02.1970 eiusdemque instantia  
diei 07.03.1970;  
visis litteris a parte conventa Huic Supremo Tribunali die 13.03.1970  
missis;  
nihil obstat ex parte infrascripti quominus praesens recursus admittatur et  
quaesita de quibus in instantia diei 7 martii 1970 uti iacent acceptentur.

Die 11.05.1970

E. EID,  
*Defensor vinculi*